



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Concilia Provincialia Mediolanensis Sex**

**Borromeo, Carlo**

**Venetiis, 1602**

De Imagine sanctæ crucis, & Pilis structilibus in vijs publicè constituendis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](#)

*Constitutionum, & Decretorum Synodalium*

3. Dejs quę partim ad ordinis sacramentum, &c.  
§. cod.

tur, peccandi libidine inflammata, ob rerum turpium, atque obscenarum imagines, ideo illas effungi vetitum est constantinopolitanus synodi canone.

Itaque cureret Episcopus, ut quicumque laici homines, id generis imagines habent, uel tabulis, vel parietibus, expressas, pro pietatis Christiane, cui addicti esse debent, studio, eas abijcant, vel planè deleant, vel ad honestatem reconcinnente.

2. tit. 2. decis. 27. Cum Christiane pietatis rationi illud alienum sit ad ornatum templorum adhiberi ea, quę non modo religionem non excitant; sed intentuum mentes facile illiciunt in fccas, turpesque cogitationes: id propterea nè quis ad illa ornanda peristromatis, auleisque utatur, que obscenis figuris intexta sint; neque item pictas imagines, & signa adhibeat, quę vel ethnicorum hominum, vel aliarum rerum, loci sanctati repugnantium formam, ac speciem preseferant.

28. In omni præterea publicarum supplicationumve apparatu, quę obscenarum rerum speciem ostendunt, ea nè adhibeantur.

*De imagine sancte Crucis, & Pilis structilibus in vijs publicis constituendis.*

*S V M M A R I V M .*

1. Cuius insigne in frequentiorib. triujs proponendum, certius alijs locis, & ex qua materia. Et eiusmodi. 2.

3. Humi exprimendum.

4. Statis precibus benedicendum.

Sub capella majoris fornicate arcu proponendum. De Eccl. fabrica.

29.

Crucis adoratio feria sexta in parascene qua horain omni Ecclesiastice lebranda. De diu. off. 60.

Quaque animi humilitate, & corporis prostratione. Ibid. 62.

3. Quę ad sacramentua-  
lia, & sacram. gener. pert.



HRISTIANAE pietatis ornamentum, in quo populum fidelem gloriari oportet, altare est cœlestis holocausti, sacrosancta illa arbor crucis, in qua auctor humanę redemptronis pependit Christus Dominus. Quamobrem ad Christiane religionis gloriam intignis admodum fuit ea veterum pietas, ut Crucis lignum non in templis solum, sed domi, forisq. in parietib. ac vestibolis,

paf.

passimq; in Vrbe expressum appareret, tamquam & praeclarum populi Christiani trophyum, & clarissimum Diuinæ misericordiæ monumenum, & sempiternum denique testimonium, quo palam fieret, fideles ejus in inimicis Crucis Christi, Iudeis, Ethniciis, & Hereticis nihil habere commune; sed contrâ eos omnes liberè profiteri, quem colunt, Dominum Iesum, & hunc Crucifixum. Hoc igitur maiorum religio exemplo, atque instituto, cuius etiam vestigia in hac Provincia aliquot locis perspici licet, excitatus Episcopus illud cureret, ut hoc Sacrofane Crucis insigne, vel ligno, vel lapide, vel, vbi commodè per facultates fieri potest, marmore expressum, in Vrbe, & Dieceesi sua, vbi triuia frequentiora sunt, publicè ptoponatur, atque erigatur: quod cebrius, perspecta ea Sacrae Crucis arbore, fideles sese erigant, tū ad summi mysterij, in ea peracti, gratiam memoriam, tum ad ueram illam gloriam, ad quam Christo duce, populus fidelis, qui populus est acquisitionis, contendere debet.

2 Pilæ quædam structiles, in vijs publicis constructæ, cum sancta aliqua imagine, vel cruce, edito loco piæta, aliove modo expressa, à superiori parte tectæ conseruentur, ne corruant.

Curetur que item, ut aliae eiusmodi pilæ ad hominum pietatem extandam certis congruis locis ædificantur.

3 Quod præterea alias sanctum est, id pro Sacrofane Crucis cultu, & veneratione seruari Episcopus iubeat, ut ne ea humili exprimatur, neve sordidis, & aliqua labe inquinatis locis.

Quod de Sacrofane Crucis effigie, in Concilio Provinciali tertio, per nos sanctum est; itidem interdictum sit, sacras alias scilicet imagines, ac Sanctorum, sanctarumque historias, factorumque mysteriorum figuræ, & significationes, in vlo quoquis humili strato, paumento, aut loco sordido, etiam extrâ Ecclesiam insculpi, pingi, effingi.

4 Cruces, & Sanctorum imagines, solenniter, statisque precibus, ex Ecclesiæ ritu, benedicantur.

4. de Orato-  
rijs i via fitis.

Tertiæ, ibid.

4. de sacris re-  
liq.

Ibidem.

### De Indulgentijs.

S V M M A R I V M .

1 *Abusus, quavis causa, in Indulgientias introducti, à Metropolitano ad summum Pontificem deferendi.*

2 *Concionatores Indulgientias populo non publicent, sine Episcopi concessu. 8.*

*Principes, & Magistratus, curantes obseruari decreta Concilij Lateranen. contra blasphemos, quam indulgentiam acquirant.*

De